Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



211

dño uŕo· **Secundum Lucam·**

In illo tp: Exiit edictum a cesare augusto ut describe
retur universus orbis· Hec descriptio prima facta est a preside
syrie cyrino· Et ibant omnes ut profiterentur singuli in
ciuitatem suam· Ascendit autem Ioseph a galylea
de ciuitate nazareth· in iudeam ciuitatem dauid que
uocatur bethleem· eo quod esset de domo et familia da
uid: ut profiteretur cum maria desponsata sibi uxore
pregnante· Factum est autem cum essent ibi impleti sunt
dies ut pareret· et peperit filium suum primogenitum· et pan
nis eum inuolut· et reclinauit eum in presepio·
quia non erat ei locus in diuersorio· Et pastores erant in
regione eadem uigilantes et custodientes uigilias noc
tis super gregem suum· Et ecce angelus dni stetit iuxta
illos· et claritas dei circumfulsit illos· et timuerunt timo
re magno· Et dixit illis angelus· Nolite timere· Ecce enim
euangelizo uobis gaudium magnum quod erit omni plo·
quia natus est uobis hodie saluator· qui est xpus dns·
in ciuitate dauid· Et hoc uobis signum· Inuenietis in
fantem pannis inuolutum· et positum in presepio· Et
subito facta est cum angelo multitudo militie celestis:
laudantium deum et dicentium· Gloria in altissimis do·
et in terra pax hominib: bone uoluntatis· **In xp̃o· ysaie· ppheta**
Et dixit dns: Spiritus dni super me eo quod unxerit
me· ad annunciandum mansuetis misit me· ut me
dicerem contritos corde: et predicarem captiuis indulgen
ciam· et clausis aperionem: ut predicarem annum pla
cabilem dno· et diem ultionis deo nro· ut consolarer
omnes lugentes: ut ponerem lugentibus